

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2022- Livello B2**

De bello servili

01 Spartacus, effracto Lentuli ludo, cum triginta aut paulo amplius eiusdem fortunae viris,  
02 erupit Capua. Omnibus servis ad vexillum vocatis, cum decem milia statim coissent, illi  
03 non modo effugisse contenti erant, iam et vindicari volebant. Prima sedes saltus Vesuvii  
04 montis placuerunt. Ibi cum obsiderentur, nocturnas per umbras delapsi, repentino impetu  
05 castra consulis rapuerunt; inde totam pervagabantur Campaniam et oppida populabantur.  
06 Adfluentibus in diem copiis, cum iam esset iustus exercitus, ne quod decus deesset, domitis  
07 obviis gregibus, paratur equitatus. Nec villarum atque vicorum vastatione contenti, capta  
08 de praetoribus insignia et fasces ad ducem detulerunt. Qui defunctorum quoque proelio  
09 ducum funera celebravit, captivosque circa rogam iussit armis depugnare, quasi expiatus  
10 praeteritum dedecus. Elatus victoriis, Spartacus de invadenda Roma deliberavit. Tandem  
11 totis imperii viribus contra gladiatorem patres consurgunt pudoremque Romanum Crassus  
12 defendit; a quo pulsus fugatique hostes in extrema Italiae parte refugerunt. Ibi, cum fugam  
13 in Siciliam pararent neque navigia suppeterent, ratesque ex trabibus in rapidissimo freto  
14 frustra experirentur, tamen eruptione facta dignam viris obierunt mortem et, quod sub  
15 gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine  
16 fortissime dimicans quasi imperator occisus est. Quo nomine hoc bellum tamen appellem  
17 nescio, cum servi militaverint, gladiatores imperaverint, illi infimae sortis homines, hi  
18 pessimae. Hostes enim hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus: ceteri  
19 latrones aut praedones sunt. At servilium armorum dedecus fortasse ferrem. Hoc autem  
20 deerat populi Romani malis, ut ipse bellum domi stringeret, et in urbe media ac in foro,  
21 quasi in harena, cives cum civibus gladiatorio more concurrerent.

**ESERCIZIO 1 (6 su 8) HIC EST AUCTORIS VERBORUM PARAPHRASIS. IUNGE LITTERAM VERBO (OMNIA VOCABULA ADDENDA SUNT)**

Cum Spartacus e Lentuli familia gladiatoria effugisset, fere plus quam triginta gladiatores cum eo coierunt et Capuam \_\_A\_\_. Cum servos quoque ad arma capienda vocavissent, decem milia illorum statim eis se \_\_B\_\_, qui non tantum e dominis effugere sed etiam in libertatem restitui cupiebant. Cum primum sedem in monte Vesuvio elegissent, sed illic obsessi essent a consule, per vias declives clam \_\_C\_\_ et eius castra diripuerunt. Deinde totam Campaniam percurrerant, vicos et oppida vastantes. Cum militum numerus assidue augetur et peditum copiae sufficerent, ne qua parte exercitus careret, equos, quibus occurrebant, \_\_D\_\_ et equitatum sibi \_\_E\_\_. Neque omnium locorum populatio eis sufficiebat, nam hostium vexilla atque insignia \_\_F\_\_. Spartacus, ut iusta mortuis solveret, captivis imperavit ut armis circa rogam proeliarentur, sperans se praeteritum dedecus esse aboliturum. Propter victorias tantam arrogantiam sumpsit ut Romam quoque oppugnare constituerit. Tum demum senatus bellum contra gladiatores Crasso commisit ad nomen Romanum tuendum: qui hostes fugavit usque ad extremas Italiae partes. In Siciliam fugitivi evadere \_\_G\_\_, sed contra Romanum exercitum coacti sunt dimicare et ipse Spartacus in pugna interfectus est. Bellum servile macula quaedam videtur esse, quae penitus insedit atque inveteravit in populi Romani nomine. Romani autem etiam bellum civile \_\_H\_\_, quod inter cives, non contra servos pugnatum est.

adiunxerunt                      comparaverunt                      conabantur                      descenderunt  
 dimicaverunt                      domuerunt                      rapuerunt                      reliquerunt

<b>A</b>	<b>E</b>
<b>B</b>	<b>F</b>
<b>C</b>	<b>G</b>
<b>D</b>	<b>H</b>

**ESERCIZIO 2**

**ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (3 su 4)**

**01A** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute tolerabant ad arma vocaverunt. In faucibus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra abducere consul Romanus coactus est.

**01B** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute degebant ad arma vocaverunt. In nemoribus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt et castra abducere consul Romanus coactus est.

**01C** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute degebant ad arma vocaverunt. In nemoribus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra Romana ceperunt.

**01D** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute tolerabant ad arma vocaverunt. In faucibus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra Romana ceperunt.

**02A.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna abnuit et funera Romanorum ducum, qui ab illo in quavis pugna interfecti essent, celebravit.

**02B.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna accepit, et funera quorundam ducum, qui ab illo in pugna interfecti essent, celebravit.

**02C.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna abnuit, et funera quorundam ducum, qui ab illo in pugna interfecti essent, celebravit.

**02D.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna accepit et funera Romanorum ducum, qui ab illo in quavis pugna interfecti essent, celebravit.

**03A** Bellum servile "bellum" videtur recte dici posse, cum multas calamitates Romanis attulerit, quamvis ab hominibus nullius fortunae gestum sit.

**03B** Bellum servile "bellum" non videtur recte dici posse, cum res militaris sine ullo decreto et ab hominibus nullius fortunae gesta sit.

**03C** Bellum servile "bellum" videtur recte dici posse, cum a senatu decretum sit et ab hominibus nullius fortunae gestum sit.

**03D** Bellum servile "bellum" non videtur recte dici posse, cum multas calamitates Romanis attulerit, sed ab hominibus nullius fortunae gestum sit.

**04A** Bellum servile tolerabilius esse videtur, quia bellum civile cives ad pugnam cum civibus cogit, quasi gladiatores essent.

**04B** Bellum civile tolerabilius esse videtur, quia cives cum civibus pugnant, non contra gladiatores arma capere debent.

**04C** Bellum servile intolerabilius esse videtur, quamvis bellum civile cives ad pugnam cum civibus cogat, quasi gladiatores essent.

**04D** Bellum civile intolerabilius esse videtur, quia cives cum civibus pugnant, et bellum intra moenia urbis et in foro circumscribitur.

### ESERCIZIO 3

#### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (6 su 8)

01 Spartacus, ludo gladiatorio cum effugisset, Capuam cum paucis commilitonibus cepit V/F

02 Servi a Spartaco ad arma concitati suam ultionem quaerebant V/F

03 Exercitus servilis iustus iudicatur quia iusta perfecisse videtur V/F

04 Equitatus servilis ab auctore irridetur V/F

05 Cives Romani, quasi gladiatores essent, a Spartaco coacti sunt inter se certare V/F

06 Numquam se satis onustos praeda Spartacus aliique fugitivi putabant V/F

07 Mare nimium fervens fugam fugitivorum inhibuit V/F

08 Scriptori huius compendii gladiatores homines infimae sortis videntur esse V/F

### ESERCIZIO 4

#### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (6 su 8)

01 *Repentino impetu* (l. 04) significat

inopinata adgressione

facili victoria

fortuita obsidione

agmine facto

02 *Oppida populabantur* (l. 05) significat

fugitivi urbes obsidebant

fugitivi urbes devastabant

fugitivi urbes frequentabant

fugitivi urbes habitabant

03 *Adfluentibus in dies copiis* (l. 06) significat

fugitivi facile praedam inveniebant

opes minime illis deerant

exercitus amplior fiebat

fugitivi propter bellum divites erant

04 *Cum iam esset iustus exercitus* (l. 06) significat

fugitivi pro libertate decertabant

in exercitu servili nullum dedecus inveniebatur

fugitivi melius sine equitatu pugnabant

satis militum in exercitu servili erat

05 *Patres consurgunt* (l. 11) significat

senatores bellum contra fugitivos statuunt

Romani Quiritesque omnes bellum statuunt

Romani Quiritesque omnes in pedes surgunt

senatores in pedes contra Spartacum surgunt

06 *Neque navigia suppeterent* (l. 13) significat

naves fugitivi aedificare non potuerunt

naves fugitivis non supererant

naves fugitivi commode invenire potuerunt

naves fugitivi alibi petere statuerunt

07 *Quod sub gladiatore duce oportuit* (ll. 14-15) significat

Sub gladiatore cum militassent, fugitivis, si victi essent, nulla spes veniae erat

Gladiatores cum essent, fugitivi usque ad mortem pugnare solebant

Spartacus milites suos instruxerat ut ad omnia parati essent

Fugitivos pudebant ignominiae et dedecoris, sub Spartaco cum militassent

08 *Sine missione pugnatum est* (l. 15) significat

omnes strenue pugnaverunt

omnes in iisdem castris militaverunt

nemo signum pugnae dedit

nemo extra castra egredi ausus est

## ESERCIZIO 5

### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (3 su 4)

01 *vexillum* (l. 2) significat

fugam

gladium

libertatem

signum

02 *obviis* (l. 07) significat

abiectis

certis

fortuitis

securis

03 *praeteritum* (l. 10) significat

- quod antea actum est
- quod in puncto temporis accidit
- quod non potest vitari
- quod subito fit

04 *in harena* (l. 21) significat

- in circo
- in foro
- in litore
- in viis

## **ESERCIZIO 6**

**ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR** (3 su 4)

01 *Quod* (l.06) est pronomen quod “relativum” communiter dicitur V/F

02 *Quoque* (l. 08) est illa pars orationis quae “adiectiva” communiter dicitur V/F

03 *Quod* (l. 14) est illa pars orationis quae “adiectiva” communiter dicitur V/F

04 *Quo* (l. 16) est pronomen quod “relativum” communiter dicitur V/F

## ITALICE VERTE

Initium et causa belli insatiabilis honorum Marii fames fuit, qui decretam Sullae provinciam sibi sollicitat. Sed impatiens iniuriae Sulla statim legiones circumegit, dilatoque Mithridatico bello geminum urbi agmen infudit. Inde cum illi Sulpicius et Albinovanus obiecissent copias suas, et saxa undique a moenibus ac tela iacerentur, incendio viam fecit arcemque Capitolii, quae Poenos quoque, Gallos etiam evaserat, quasi captivam victor insedit. Tum ex consulto senatus adversariis hostibus iudicatis, in praesentes saevitum est; Marium fuga exemit, immo fortuna alteri bello reservavit.

**VERBA LATINA QUAE APTISSIMA TIBI VIDENTUR UT ISTAE TABULAE EXPLICENTUR, ADIUNGE; SI FIERI POTEST, VERBIS UTERE QUAE IN PRIORIBUS TEXTIS INVENIUNTUR**



---

---

---



---

---

---

## Soluzioni

### ESERCIZIO 1 (6 su 8) HIC EST AUCTORIS VERBORUM PARAPHRASIS. IUNGE LITTERAM VERBO (OMNIA VOCABULA ADDENDA SUNT)

Cum Spartacus e Lentuli familia gladiatoria effugisset, fere plus quam triginta gladiatores cum eo coierunt et Capuam **A reliquerunt**. Cum servos quoque ad arma capienda vocavissent, decem milia illorum statim eis se **B adiunxerunt**, qui non tantum e dominis effugere sed etiam in libertatem restitui cupiebant. Cum primum sedem in monte Vesuvio elegissent, sed illic obsessi essent a consule, per vias declives clam **C descenderunt** et eius castra diripuerunt. Deinde totam Campaniam percurrerant, vicos et oppida vastantes. Cum militum numerus assidue augetur et peditum copiae sufficerent, ne qua parte exercitus careret, equos, quibus occurrebant, **D domuerunt** et equitatum sibi **E comparaverunt**. Neque omnium locorum populatio eis sufficiebat, nam hostium vexilla atque insignia **F rapuerunt**. Spartacus, ut iusta mortuis solveret, captivis imperavit ut armis circa rogam proeliarentur, sperans se praeteritum dedecus esse aboliturum. Propter victorias tantam arrogantiam sumpsit ut Romam quoque oppugnare constituerit. Tum demum senatus bellum contra gladiatores Crasso commisit ad nomen Romanum tuendum: qui hostes fugavit usque ad extremas Italiae partes. In Siciliam fugitivi evadere **G conabantur**, sed contra Romanum exercitum coacti sunt dimicare et ipse Spartacus in pugna interfectus est. Bellum servile macula quaedam videtur esse, quae penitus insedit atque inveteravit in populi Romani nomine. Romani autem etiam bellum civile **H dimicaverunt**, quod inter cives, non contra servos pugnatum est.

adiunxerunt <b>B</b>	comparaverunt <b>E</b>	conabantur <b>G</b>	descenderunt <b>C</b>
dimicaverunt <b>H</b>	domuerunt <b>D</b>	rapuerunt <b>F</b>	reliquerunt <b>A</b>

### ESERCIZIO 2

#### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (3 su 4)

**01A** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute tolerabant ad arma vocaverunt. In faucibus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra abducere consul Romanus coactus est.

**01B** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute degebant ad arma vocaverunt. In nemoribus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt et castra abducere consul Romanus coactus est.

**01C** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute degebant ad arma vocaverunt. In nemoribus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra Romana ceperunt.

**01D** Duce Spartaco, pauci gladiatores e ludo qui Capuae erat effugerunt et omnes qui vitam in servitute tolerabant ad arma vocaverunt. In faucibus montis Vesuvii cum obsiderentur, obsidionem tamen solvere potuerunt, et castra Romana ceperunt.

**02A.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna abnuit et funera Romanorum ducum, qui ab illo in quavis pugna interfecti essent, celebravit.

**02B.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna accepit, et funera quorundam ducum, qui ab illo in pugna interfecti essent, celebravit.

**02C.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna abnuit, et funera quorundam ducum, qui ab illo in pugna interfecti essent, celebravit.



**02D.** Spartacus, cum dux fugitivorum factus esset, honores et arma imperatore digna accepit et funera Romanorum ducum, qui ab illo in quavis pugna interfecti essent, celebravit.

**03A** Bellum servile "bellum" videtur recte dici posse, cum multas calamitates Romanis attulerit, quamvis ab hominibus nullius fortunae gestum sit.

**03B** Bellum servile "bellum" non videtur recte dici posse, cum res militaris sine ullo decreto et ab hominibus nullius fortunae gesta sit.

**03C** Bellum servile "bellum" videtur recte dici posse, cum a senatu decretum sit et ab hominibus nullius fortunae gestum sit

**03D** Bellum servile "bellum" non videtur recte dici posse, cum multas calamitates Romanis attulerit, sed ab hominibus nullius fortunae gestum sit.

**04A** Bellum servile tolerabilius esse videtur, quia bellum civile cives ad pugnam cum civibus cogit, quasi gladiatores essent.

**04B** Bellum civile tolerabilius esse videtur, quia cives cum civibus pugnant, non contra gladiatores arma capere debent.

**04C** Bellum servile intolerabilius esse videtur, quamvis bellum civile cives ad pugnam cum civibus cogat, quasi gladiatores essent.

**04D** Bellum civile intolerabilius esse videtur, quia cives cum civibus pugnant, et bellum intra moenia urbis et in foro circumscribitur.

### ESERCIZIO 3

#### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (6 su 8)

01 Spartacus, ludo gladiatorio cum effugisset, Capuam cum paucis commilitonibus cepit V/F

02 Servi a Spartaco ad arma concitati suam ultionem quaerebant V/F

03 Exercitus servilis iustus iudicatur quia iusta perfecisse videtur V/F

04 Equitatus servilis ab auctore irridetur V/F

05 Cives Romani, quasi gladiatores essent, a Spartaco coacti sunt inter se certare V/F

06 Numquam se satis onustos praeda Spartacus aliique fugitivi putabant V/F

07 Mare nimium fervens fugam fugitivorum inhibuit V/F

08 Scriptori huius compendii gladiatores homines infimae sortis videntur esse V/F

### ESERCIZIO 4

#### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (6 su 8)

01 *Repentino impetu* (l. 04) significat

- inopinata adgressione
- facili victoria
- fortuita obsidione
- agmine facto

02 *Oppida populabantur* (l. 05) significat

fugitivi urbes obsidebant

fugitivi urbes devastabant

fugitivi urbes frequentabant

fugitivi urbes habitabant

- 03 *Adfluentibus in dies copiis* (l. 06) significat  
fugitivi facile praedam inveniebant  
opes minime illis deerant  
**exercitus amplior fiebat**  
fugitivi propter bellum divites erant
- 04 *Cum iam esset iustus exercitus* (l. 06) significat  
fugitivi pro libertate decertabant  
in exercitu servili nullum dedecus inveniebatur  
fugitivi melius sine equitatu pugnabant  
**satis militum in exercitu servili erat**
- 05 *Patres consurgunt* (l. 11) significat  
**senatores bellum contra fugitivos statuunt**  
Romani Quiritesque omnes bellum statuunt  
Romani Quiritesque omnes in pedes surgunt  
senatores in pedes contra Spartacum surgunt
- 06 *Neque navigia suppetere* (l. 13) significat  
naves fugitivi aedificare non potuerunt  
**naves fugitivis non supererant**  
naves fugitivi commode invenire potuerunt  
naves fugitivi alibi petere statuerunt
- 07 *Quod sub gladiatore duce oportuit* (ll. 14-15) significat  
**Sub gladiatore cum militassent, fugitivis, si victi essent, nulla spes veniae erat**  
Gladiatores cum essent, fugitivi usque ad mortem pugnare solebant  
Spartacus milites suos instruxerat ut ad omnia parati essent  
Fugitivos pudebant ignominiae et dedecoris, sub Spartaco cum militassent
- 08 *Sine missione pugnatum est* (l. 15) significat  
**omnes strenue pugnaverunt**  
omnes in iisdem castris militaverunt  
nemo signum pugnae dedit  
nemo extra castra egredi ausus est

## ESERCIZIO 5

### ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR (3 su 4)

- 01 *vexillum* (l. 2) significat  
fugam  
gladium  
libertatem  
**signum**
- 02 *obviis* (l. 07) significat  
abiectis  
certis  
**fortuitis**  
securis
- 03 *praeteritum* (l. 10) significat  
**quod antea actum est**

- quod in puncto temporis accidit  
quod non potest vitari
- quod subito fit

04 *in harena* (l. 21) significat

- **in circo**
- in foro
- in litore
- in viis

## **ESERCIZIO 6**

**ELIGE QUID TIBI RECTUM VIDEATUR** (3 su 4)

01 *Quod* (l. 06) est pronomen quod “relativum” communiter dicitur V/F

02 *Quoque* (l. 08) est illa pars orationis quae “adiectiva” communiter dicitur V/F

03 *Quod* (l. 14) est illa pars orationis quae “adiectiva” communiter dicitur V/F

04 *Quo* (l. 16) est pronomen quod “relativum” communiter dicitur V/F